



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

15 De precarii reuocatione, & an ea libere permissa sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

parochialis, aut ecclesie Episcopalis. Nam cum ista ecclesie moraliter precise sint necessariae ad sacramentorum administrationem: item & ad cultum diuinum, qui ordinarie celebratur ad religionis Christiane eruditionem, & instructionem, idem omnino erit, vbi domus priuata necessaria est ad ampliationem harum ecclesiarum, modo ea ampliatio sit, vt dixi, necessaria morali quadam necessitate. optimus tex. in argumentum huius conclusionis in *cap. ad audientiam. in 1. de eccl. adifican.* atque hoc ipsum probatur ex *d. §. cum via publica.* & ex aliis iuris Casareis locis, quae in probationem prioris sententiae prima & sexta rationibus adducebam.

Tertio si priuata domus, priuataque ager iusto precio oblato petatur ad constructionem ecclesie, quae etsi valde utilis sit, non est tamen precise moraliter necessaria, aut ad ampliationem ecclesie iam olim constructae, quae quidem ampliatio etsi utilis valde sit, ad plurimum monachorum habitationem, atque vt plures ad officia diuina e plebe admittantur, poterit nihilominus ecclesia absque ea ampliatione Reipub. Christianae, & cultui religionis seruire, opinor in his casibus non posse auctoritate iudicis inferioris absque decreto principis priuatum dominium rei propriae inuiri priuari, etiam si pretium iustum ipsius rei offeratur, quod apparet ex *d. l. inuiri. Cod. de contrab. empr.* & ex his, quae modo diximus, dum rationibus prioris sententiae respondimus.

Vltimo hac in controuersia non diffiteor, aequissime iudicem facturum qui vsus frequentissima Doctorum sententia, coegerit quempiam ad venditionem proprietatis rei agrorum, domus, aut fundi quotiesis fuerit utilis ad ecclesie constructionem, vel ampliationem, si attentis circumstantiis, quae discreti iudicis arbitrio sunt examinandae, nullum, aut sane paruum detrimentum ex hac venditione priuato inferatur. Etenim in hac specie, non negauerim iustissime in praxi admitti posse priorem opinionem, quae Communis est, atque vt ita respondeam mortuo his, quae in disputatione, & examine huius quaestiones, tradidimus, praesertim in responsione ad vltimam rationem. *l. 2. §. locum. ff. de relig. & sumptib. funerum.* tamen si solum de utilitate, non precisa necessitate in ea venditione agatur.

## CAPVT XV.

## De precarii reuocatione, an &amp; ea libere permitta sit.

## SUMMARI A.

- 1 Precarium simpliciter constitutum, morte concedentis non extinguitur, donec ab haerede reuocetur.
- 2 Intellectus ad tex. in *c. si gratioso. de rescript. in 6.*
- 3 Precarium expressim constitutum donec reuocatum fuerit, non expirat morte concedentis.
- 4 Precarium constitutum expressim ad voluntatem concedentis, ipsius morte sine finitur.
- 5 Expenditur Iurisconsulti responsum in *l. Lucius. ff. de donat. p. b.*
- 6 Precarium non potest statim absque causa reuocari.
- 7 Inter precarium, & commodatum, quod discrimen sit.
- 8 An commodatarius qui vitatur re commodata ad aliud, quam quod sibi fuerit commodata, teneatur surri actione.

**P**recarium est quod precibus petenti vtendum conceditur tandiu quandiu is, qui concessit, patitur, auctore Vlpiano in *l. 1. ff. de precario.* Ex quo constat regula iuris Casareae, & Pontificiae, nam & idem Gregorius IX. respondit in *ca. vlt. de precar. o.* qua definitum est precarium libere voluntate concedentis reuocari posse. *leg. 2. §. 1. ff. de precario.* adeo vt non valeat pactum contrarium. *d. cum. precario. ff. de precario.* cuius ipse mentionem feci in Epitome de sponsal. 2. part. ca. 3. §. 1. explicat Bart. in *l. vbi ita donatur. ff. de donatio. causa mort. & Deci. in conf. 293. col. vlt.* Sed quaestio est, an morte concedentis precarium reuocatum esse videatur, nam Iurisconsultus in *dict. leg. cum precario. §. vlt. & in l. quaesitum. §. quod a Titio. ff. eodem.* plane respondit precarium morte concedentis minime finiri, sed ad eius heredem transire, absque noua heredis concessione, sicuti idem notant gloss. & Doct. in *dict. cap. vlt. de precar.* quod profecto verissimum est, secundum Paul. Castr. in *l. Lucius. ff. de donatio.* qui expressim scribit, heredem posse precarium datum a defuncto libere reuocare, vt in eadem *l. Lucius.* apparet, non tamen ex hoc sequi, quod sit necessaria noua heredis precarii concessio, siquidem ea necessaria non est, sed manet ipsum precarium datum a defuncto, donec haeres eius id reuocauerit, etiam si Accursius in *dict. §. quod a Titio.* perperam

contrarium existimauerit. non recto intelliges quid Iurisconsultus inibi responderit. atque haec est frequentissima *ff. de donat. vbi* gloss. Barto in *l. contempsit. §. vlt. col. 3. Alex. ad l. vlt. & Iason. col. 5. ff. de verborum. oblig. Tiraq. de const. tit. 2. part. 1. am. pliatio. cui accedit, quod praesumendum sit, morientem in eadem durare, ac perseuerare voluntate quam decedens habuit. *cap. maiores de baptis.* Huic conclusioni obstat textus leges in *ca. si gratioso. de rescript. in 6.* quo expressum est actum, qui voluntate agentis libere reuocari potest, morte ipsius itidem reuocatum censeretur, cum voluntas morte cesset. *leg. 4. ff. de locat. is, qui eam locatit, dedisset, vellet morte eius qui locatit, aut dedit, tollitur.* Sic etenim indulgentia Romani Pontificis, qua is dispensationem quadam concedit Titio, vt beneficia ecclesiastica quae aliqui absque principis licentia minime poterat possidere haberet vtique, ac retineret vtique ad ipsius Romani Pontificis voluntatis beneplacitum, per obitum concedentis omnino extinguitur, auctore Bonifacio VIII. in *dict. cap. si gratioso.* Quo in loco eleganter distinguitur voluntas hominis eam dignitatem obtinentis a voluntate ipsius sedis Apostolicae, & sic dignitatis, vt precatu morte finitur ipsa concessio, posteriori vero adhuc mortuo concedente vim integrā habeat, dum a successore minime fuerit reuocata, in quo adnotandum est, an referat indulgentiam ipsam, eiusque vires conferri in voluntate Romani Pontificis, vel Papae, non expresso proprio eius nomine, an vero eius proprio nomine expressim apposito. Etenim vbi proprium nomine expressim fuerit, omnes conueniunt obitu Romani Pontificis priuilegium extingui. At si gratia concessa fuerit ad voluntatem Romani Pontificis ita simpliciter, vt nec nominis proprii, nec sedis Apostolicae mentio facta fuerit, tunc equidem Bald. Lupus, & Domin. in *dict. cap. si gratioso.* scribunt obitu concedentis nequaquam extingui ipsam gratiam, quia facta fuerit ad voluntatem dignitatis Pontificalis cuius eius nomine expressim fuerit. *cap. quoniam. Abbas. offic. deleg. quibus accedere videtur Felin. in cap. ex literis. de constitut. nu. 9.* asseuerans satis esse nomine officii actum expeditum fuisse, vt voluntas, in quam collatus fuit, minime expiret morte agentis. Contrarium deducitur a gloss. in *dict. ca. gratioso. in verb. sua.* quam sequuntur inibi Archid. Ioan. de Fant. & Anch. ex quibus expressim colligit Franc. col. 3. priuilegium, gratiamve concessam a Summo Pontifice, ita quidem, vt ad voluntatem Romani Pontificis periret morte concedentis finitam censeretur quae quidem interpretatio plurimum probatur in *dict. cap. gratioso.* dum in eodistinguitur concessio facta ad voluntatem sedis Apostolicae ab ea, quae facta fuerit a Romano Pontifice ad suam, nempe Romani Pontificis voluntatis beneplacitum. Non me latet, quaestio nem itam ambiguum esse, & tamen opinor, ex ipsa materia subiecta, prius, quam ex nomine proprio, vel appellatuo definitum fore, an actus dignitati, vel personae tribuendus sit, secundum ea, quae ipse tractauit in *ca. equi. ff. de test. in vlt. deinde & illud censeo in proposita controuersia, oportet omnino vel ex re ipsa, vel ex verbis concessionis examinare, & perpendere, num actus ipse in voluntatem eius, qui summum praefatum obtinet, an in voluntatem sedis Apostolicae collatus fuerit. Quod si id constare ex his nequeat, tunc arbitror quo ad ea, quae voluntati committuntur, in dubio distinguendum esse nomen dignitatis abstractae a nomine, quod obtinenti dignitatem etiam eius ratione tribuitur, vt tandem aliud sit ipsius sedis Apostolicae nomine, aliud vero sit, quod eam obtinenti etiam ratione pontificatus congruit, nempe Papa, Summus Pontifex Romanus Pontifex, & similia. Nam cum voluntas magis proprie personae obtinenti dignitatem, quam dignitati ipsi incorporatae conueniat par est, & ratione consonum, quod actus collatus in voluntatem Romani Pontificis, ad voluntatem eius qui tunc pontificatus obtinet & actum egit, referatur potius quam ad voluntatem sedis Apostolicae. Nec refert quicquam quo ad iustum tractatum, quod actus sit nomine dignitatis, siquidem priuilegium concessum a Romano Pontifice ipsi dignitati tribuitur, & conceditur eius nomine, cum a priuato eam dignitatem minime obtinenti concedi non valeat. Et tamen iuxta priorem partem textus in *d. cap. si gratioso.* morte concedentis expirat. Hinc deducitur opinionem Philippi Franci veriore esse, quam & ipse colligit ex Philippo Dec. in *cap. sedes de rescript. in prin. ita etiam***

nim scribit: Quod hic dicitur de sede Apostolica, idē esse in summo Pontifice, de quo in effectu tex. hic intelligitur, alias tamen differentia constituitur, ut est textus in cap. si gratiose de re script. in 6. Hactenus Decius, qui manifestissime quo ad interpretationem cap. si gratiose. discrimen constituit inter summum Pontificem, & sedem apostolicam. Quamobrem in specie, quam tractamus, idem erit dicendum si actus ipse aut gratia ipsa concessa à Romano Pontifice, ad voluntatem Papæ relata fuerit, nam morte concedentis expirabit, secundum Francum in dict. cap. si gratiose. colum. 3. Fit igitur, ut quod in voluntatem agentis confertur ipsius obitu finitum esse videatur, & ideo precarium, cuius vis à iure voluntate concedentis tribuitur, morte eius reuocatum esse censendum sit, quod est contrar. tex. in d. cap. vlt. & in d. l. cum precario. §. vlt. Demq; ad huius obediētis perfectam resolutionem, omnino distinguendi sunt duo casus. Primus quando actus simpliciter validus est, eam tamen à iure habet conditionem, ut libere valeat ab agente reuocari, vel ea conditio expressim actui addita fuerit, quod is valeat, & obtineat, donec reuocatus fuerit. Etenim in hac specie morte non extinguitur actus, nec reuocatus censetur. nam per obitum concedentis reuocatio minime censetur facta, nec subintelligitur. text. elegans in cap. si delegatus. §. 1. de offi. delegati. in sexto. idem inquit Romanus Pontifex, poteris quando tibi vices etiam sub ea forma commisit, donec eas diceret reuocandas. Nam talis commissio, per quam censetur etiam sententia prolati, nisi antea fuerit reuocata, committi, nequaquam morte committentis expirat, ex quo res integra non existit.

Hac sunt text. verba, idem notant Barto. in l. & quia alius. l. de iur. iudic. om. iudic. ad finem. Decius in leg. 3. ff. de regulis iur. idem in capitulu. relatum. de offi. delegat. idem in consilio 108. Sic equidem delegatio causæ, & iurisdictionis valida quidem simpliciter est, eamque conditionem habet, quod libere à delegante reuocari possit. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. non censetur tamen morte delegantis reuocata. Ex quo inferitur, iurisdictionem alicui à principe, aliove iudice commissam hac expressa lege donec eam delegas reuocauerit, minime reuocatam esse morte delegantis. quod probat text. in dicto. capitulu. si delegatus. tenent Bartol. & alii proxime citati. idem Bartol. in dict. leg. censetur. §. vltim. numero decimo. ff. de verboru. obligat. & ibi Alexand. & Iason super eadem quest. Bartol. idem Deci. in dict. leg. more. nume. 6. requiritur enim ad reuocationem noua voluntas, quæ in moriente minime præsumitur, & ideo per mortem non cõstituitur actus prioris reuocatio, atque ita hæc est communis omnium sententia secundum Deci. in dict. l. 2. ff. de reg. iur. sensit eam Innoc. in cap. licet vendique. de offi. deleg. hoc ipsum tenent Domin. & alii in cap. si delegatus. Hinc etiam constat, ex illi posnam sententia iudicis alicui indictam, donec iudex eam reuocauerit, hac equidem expressa lege, morte iudicis nequaquam reuocatam censeri, nec finitam esse, quemadmodum voluerit Bald. in l. vltim. 6. quest. & ibi Salic. 10. qu. C. de contr. aten. emp. Alexand. vlt. colum. & Iaf. numer. 14. in d. l. censetur. §. vltim. qui aduersus Bartol. ibi hanc asseruerit esse cõmunem sententiam, quæ à præmissa regula manifeste deducitur, & probatur in l. 4. in princip. ff. de manumiss. vend. item ex his apparet ea ratione precarium morte concedentis non extingui, quod id ab initio validum, & firmum sit, nec aliter finitur, quam reuocatione eius, qui concessit. l. 2. in §. 1. cum alia. ff. de precar. quæ quidem reuocatio obitu concedentis minime contingit.

Secundus casus in hac controuersia constituitur, quādo actus à lege, vel ab homine eam habet conditionem, ut is obtineat, maneat ac perseveret ad libitum, & voluntatem agnati, vel donecipse voluerit, tunc sane, cum voluntas morte extinguitur, ipsius concedentis obitu actus perit, & finitur. l. 4. ff. loca. textu. in dict. cap. si gratiose. Bartol. eleganter in dict. leg. censetur. §. vlt. colum. 3. & ibi Alexand. & Iason idem Bartol. in dict. leg. more. & ibi Decius, ac denique hi omnes, quos ad præcedentis regula probationem citauit, item Paulus Castren. in dict. leg. Lucius. ff. de donationibus. Panormitan. in cap. vltim. de precar. vbi idem ceteri Doctores præmittunt, & Decius explicat in leg. contr. actus. numero decimosertio. ff. de reg. iur. probans & primi casus decisionem. nec obicit huic communi sententiæ textus in dict. cap. maiores. quo probatur secundum quorundam interpretationem, voluntatē morte non extingui, nec finiri, imo semperdurare, donec mu-

teretur. Quia in dict. capitulu. maiore. §. vltim. ad finem tantum probatur, amantes, & furiosos in eadem voluntate perseverare, quam habebant eo tempore, quo furor eos opprestit. text. celebris in l. si is, qui animo. vbi glo. & Doctor. ff. de acquirend. possess. non tamen ex hoc sequitur, quod per mortem ea voluntas non cesset, siquidem omnino morte cessat voluntas, tamen non cesset nec furor, nec amentia, nõ fo mmo, aut ebrietate. Inunquam. §. si seruus. ff. de vsucap. ex quo plura inferuntur.

Primum, vera interpretatio ad text. in d. c. si delegatus. §. 1. vt licet delegatio ea lege facta, donec delegans cõmissionem vicariamque potestatem reuocauerit, obitu delegantis nõ expiret, nec censetur reuocata, & ideo si mors contigerit re non integra, possit delegatus vti iurisdictione, tamen mortuo delegante re integra prius, quæ delegatus vti ceperit iurisdictione sibi commissa, tunc iurisdictionis delegatio extinguitur, non iure reuocationis, quæ minime per mortem euenit, sed causa cessantis voluntatis, quæ quidem cessatio voluntatis morte delegantis cõtingens, sufficiens est ad hoc, quod commissio iurisdictionis itidem cesset re integra. quod probatur textu. in eod. c. si delegatus. adnotauit Carol. Molinæ. ad Decium. in reg. 3. ff. de regulis iur. tamen si Decius dubitauerit in d. l. more. nu. 62.

Secundo, hinc etiam deducitur falsum esse, quod gloss. scribit in d. c. si delegatus. in verb. morte, dum iuxta quorundam sententiam respondet, cõmissionem iurisdictionis factā expressim ad voluntatem delegantis, re non integra, minime extingui morte ipsius delegatis, quod iure nõ probatur, imo eam delegationem morte delegantis finiri cõstat, atque ita censet eadem gloss. in vltim. parte, quam sequuntur Ioan. And. Domin. Franc. & Doctor. ibi.

Tertio, ex his colligitur, cõmissionem, quæ alioqui libere reuocari, & mutari possit, factam tamen ea lege, vt maneat, valida sit, ac perseveret ad voluntatem concedentis, eo denique post diutinum furorem mortuo omnino extingui, & cessare, tamen si ante obitum etiam per furorē minime finita fuerit, hoc probatur ex ea interpretatione, quam aptauimus c. maiores. §. vltim. de baptis. & leg. si is, qui animo. ff. de acqu. poss. qua inter mortem, & furorē discrimen illud constituitur, vt licet morte cesset voluntas, non sic fauore.

Quarto patet ex frequentissima omnium resolutione, precarium ipsa expressim constitutum, vt ad voluntatē concedentis eo alter vtatur, morte concedentis finitum esse, & extingui absque aliqua hæredis reuocatione. quod notant Abbas num. 6. in dict. c. vlt. de precar. Paul. Castr. in d. l. Lucius. Deci. in d. l. contr. actus. num. 13. idem præmittunt omnes, qui præmissas conclusiones tradidere Bart. excepto. nam is subobscure loquitur. Quibus obicitur tex. in l. 1. ff. de precar. quo in loco Iurisconsultus asserit, precarium manere firmum quādiu patitur, qui concessit. hoc ipsum probatur in d. c. vlt. Patientia autem idem est, quod voluntas, quæ per mortem cõcedentis cessat, igitur falsum est, quod diximus, simplex precarium morte concedentis non extingui, vel expressim datum ad voluntatem concedentis, etiā post mortem manere donec ab hæredibus reuocetur. vtrunque vero receptissima omnium sententiæ refragatur. Quamobrem Iurisconsulti verba in dict. l. 1. ita sunt interpretanda, vt eum sensum habeant, quādiu patitur, qui concessit, id est, quādiu qui concessit illud non reuocauerit, nec poenituerit ex eodem Iurisconsulto. in l. 2. ff. de precario.

Etenim Iurisconsultus patientiam appellat illam voluntatem, tacitumque consensum, qui constat ex eo, quod non contradicitur. l. patitur. ff. de man. Nam licet inter consensum & contradictionem sit medium quoddam, nempe taciturnitas, vel patientia. l. 1. §. scientiam. ff. de tributo. Et ideo quoties consensus expressus lege requiratur, non efficit taciturnitas, nec patientia expressum Innoc. & Doct. præsertim Fel. col. 2. in cap. nonne. de præsumpt. atque idem erit, vbi ab statutis, quæ strictam habent interpretationē, consensus simpliciter exigatur, siquidē expressus erit necessarius, quod eisdem Doct. colligitur. traduntque Bald. Imol. Alex. & alii in l. 2. §. voluntatem. ff. soluto matrimonio. vbi Franc. à Ripa colum. 1. scribit hanc Opinionem Communem esse. Attamen iam semel constituto precario, ad eius vim & effectum, vt denique maneat, sufficiens voluntas illa tacita, quæ ex patientia dum constituens illud non reuocauerit, deducitur. atque ita sunt intelligendi text. in d. cap. nonne. & in reg. is qui tacet. & in

reg. qui tacet. de regul. in 6. Quamobrem in specie ista quæ examinauimus, ego discrimen constituo, an lex ipsa dicat, precarium manere firmiter ad voluntatem cōcedentis, & donec ipse voluerit, an id expressim ad concedente additū cessione fuerit, vt priori casu precarium morte concedentis minime finitum sit, posteriori vero absq; vlla reuocatione hæredis, sola morte constituentis pereat.

Adhuc aduersus communem sententiam opponitur Iurisconsulti responsum †elegans in d. l. Lucius Titius, inquit Scauola, epistolam talem misit, ille illi salutem. Hospitio illo, quādiu volueris, vtaris in superioribus diæti omnibus gratuito, idque te ex voluntate mea facere, hac epistola notum tibi facio. Quæro, an hæredes eius habitatione eum prohibere possint: Respondit secundum ea, quæ proponerentur, hæredes eius posse mutare voluntatem, vides igitur, lector optime, precarium, nam de eo tractat Iurisconsultus iuxta communem interpretationem, constitutum expressim ad voluntatem concedentis, & tamen Iurisconsultum præmittere, idem etiam post mortem manere donec ab hæredibus fuerit reuocatum, esseque necessariam hæredum reuocationem. Quidam sane censent Scauolæ responsum de donatione accipiendum esse, quia id positum fuerit sub Rubrica de donationibus, quod mihi non placet, cum donatio perfecta reuocari non valeat: at si dixeris in ea specie reuocari potuisse, vel ex eo, quod collata fuerit eius vis in voluntate donantis, vt ad eius voluntatem firma maneret, non tollitur ex hoc difficultas, siquidem adhuc conitat ex Scauola, precarium vel donationem, cuius vis, & vsus ad voluntatem concedentis fuerit collatus ipsius morte non extingui. Quamobrem ego censeo, illa verba, ex voluntate, nō significare idem quod illa, ad meam voluntatem, vel quatenus mea voluntas tulerit, sed simpliciter cōsensum donantis, & concedentis ostendere, & manifestum facere. Quod & Alciato visum est in l. i. ff. si cert. pet. in verbo, commodatū tamen is contendat d. l. Lucius. in dolum. non in precario esse accipiendam. Fit igitur secundum hunc sensum, vt in d. l. Lucius. nihil probetur contrarium communi Doctōr. opinioni. Fortassis quibusdam placebit omisa hac omni sententia, precarium etiam expressum ad voluntatem concedentis constitutum, eius morte minime perire, nec extingui, donec ab hæredibus reuocetur, & hi quidem ad huius reprobationem ea verba, ad voluntatem meam, & illa, quatenus mea voluntas tulerit, speciali quadam ratione, perpensa precarii propria natura, interpretabuntur, id est, donec reuocauero. Et ideo ex l. i. & 2. ff. de precario. probata hac interpretatione dicendū erit precarii siue simpliciter, siue ad voluntatem concedentis constitutū, morte ipsius cōcedentis nequaquam extingui, donec ab hæredibus reuocetur. Nam & Bart. in d. l. Lucius. §. vltim. n. 10. tractās quaestionem illam, qua quaeritur de intellecto sententiæ iudicis mittentis aliquem in exilium ad eius voluntatem induci argumentum ex precarii natura, quasi velit precarium morte minime extingui, etiam si expressim cōcessum sit ad voluntatem constituentis. Rursus idem Bartol. in leg. Atrilius. de donationibus. in princip. sentit, in d. l. Lucius. precariū constitutum fuisse ad voluntatem concedentis expressim ea lege apposita, citatque text. in l. q. ff. locati. quæ voluntatem morte extingui probat. etenim inlinuat Bartol. in d. l. Lucius. sola morte constituentis precarium finiri absque hæredis reuocatione. Quod omnino aduersatur Iurisconsulto, & omnium interpretum iudicio, cum inibi permissum sit hæredibus mutare voluntatem cōcedentis precarium, vnde plane conitat ante hanc mutationem precarium etiam mortuo constituto, manere, & validum fore. quemadmodum responsum est in l. quæsitum. §. i. ff. de precar. quem tex. Alberic. & alii in d. l. Atrilius. citat ad intellectum. d. l. leg. Lucius. Sed nihilominus tutior est ea sententia, quæ frequentiori calculo ab eo tex. deducitur. Hactenus ostendimus, precarium nec morte concedentis absque hæredis reuocatione extingui, nec manente precarii natura, irrevocabile posse fieri.

Nunc illud erit obseruandum, quod etiam si † precarium libere reuocari possit, ea tamen reuocatio non potest statim, & ita prompte fieri, vt prorsus omni vsu, & commodo priuet illum, cui precarium concessum est, imo potius eum damno afficiat. Obstat etenim tunc exceptio doli aduersus reuocantem, ea siquidem concessio beneficium est, quo iuari debet accipiens non decipi. In commodato. §. cum autem

ff. commodat. & sic aliquid spaciū vtendi, & reddendi rem precario concessam, inest arbitrio iudicis, qui ex causa ista statim eam reuocatione permittam esse censent. quod in specie voluerunt Panorm. in cap. vlt. de precar. nu. 13. Alex. in l. si ponam. ff. de verb. obligatōib. Iaf. in §. sequens. Insti. de acion. nu. 25. Francisc. Purpur. in l. 2. in princ. n. 28. & ibi Curtus Iunior. nu. 19. ff. si certum petatur. & Carol. Molina. de contrah. quæst. 83. nu. 630. argumento eius, quod Bartol. tradit in d. l. si ponam. scribens, mutuum præstitum alicui nullo definito tempore, non posse statim peti, sed post tempus arbitrio boni viri æstimandum. Hanc Panormitani sententiam æquissimam esse opinor, & iure probari, quamuis contrarium tenuerit Barb. in d. l. cap. u. vltim. Dec. in l. in omnibus. in 1. & in l. contra nomen. g. ff. reg. iur. & Alci. in l. 2. ff. si certum petat. in verbo, commodatum.

Operæ pretium tamen erit, vt & prænotata maturius intelligantur, inquirere † quod discrimen sit inter precariū & commodatum. Nam Bartol. in l. in commodato. §. si certum petat. mod. scribit commodatum fieri ad certum vsū. & tempus atque ideo non posse intemptiue ante finitum tempus reuocari, quia ellet decipere, & damno afficere commodatarium. d. §. si certum petat. §. contra de commodato. precarium autem non fit ad certum vsū, nec ad certum tempus, & ea ratione libere posse reuocari. Quæ quidem ratio non placet Panormit. in d. l. cap. vltim. cum & quando precarium constituitur ad tempus certum, & sic ad determinatum vsū, & potest nihilominus annus ante finitum tempus reuocari, in l. rebus & in l. cum precario aliquid datur. ff. de precar. qua ratio idem Panormit. & Imola. in d. l. cap. vlt. aliam differentiam inter precarium, & commodatum constitutum, quod commodatum detur ad certum, ac determinatum vsū, quod idem vsus expresse, vel tacite habet tempus itidem certum, intra quod reuocari non potest. ita sane colligitur ex l. 2. C. commodat. & in d. l. §. si certum petat. §. in d. l. 2. vbi Cypus & omnes. Panorm. in d. cap. vltim. colum. vltima. de precario. lation. in §. sequens. nomen. 20. de actionibus. Alberic. in d. l. Atrilius. Precarium autem datur ad vsū indefinitum, & indeterminatum, ita quidem, vt licet detur ad certum vsū, is tamen indeterminatus, & incertus censetur ex eo, quod nec tacite nec expressim habeat tempus certum. Quamobrem reuocari libere potest, secundū eodem, quod probatur in d. l. Lucius. iuxta Communem eius interpretationem. Sensit hanc differentiam Bart. communiter receptus in l. 2. in princ. ff. si certum petat. Bald. item in l. 2. C. commodat. & Constantin. Harmenopolus. lib. vlt. Epitomes iuris ciuilib. tit. 2. super l. contra. ac. us. ff. de reg. iur. Hæc igitur discriminis ratio tendit ad hoc vt in dubio quid precarium, quid commodatum sit, cognoscamus: at vbi ex verbis & mente contrahentū appareat quid agere velint, tunc ea quæ contra substantiam illius actus apposita fuerint, ad ipsō manente valido reuocantur, nec ex his mutatur ipse contractus, nisi eam mutationem commode patiatur verba contractus, & ipsorum contrahentium mens, quod deducitur ex Bart. in l. vbi ita donatur. ff. de donatio. causa mortis. cuius ipse latus memini in rubr. de testamento. 2. part. nu. 11. at eadem ratione erit aptanda interpretatio Iurisconsulto in d. l. cum precario. parte 1. cuius mentionem fecimus in principio huius capituli.

Ad eo quidem † commodatum ad certum, & destinatum vsū sit, vt si quis re commodata vtatur ad aliud, quam quod sibi commodata fuerit, vel certi, ac præscripti vsus limites excoerit, furtum commississe dicatur. l. qui in amentia. ff. de furtis. §. furtum autem. Insti. de obligatōibus que ex delict. nascuntur. sicuti & qui vtitur re deposita cōtra voluntatem deponentis, furtum committit. l. qui furtum. ff. de condit. furti. 3. Cod. de deposit. idem in eo, qui vtitur pignore absque domini voluntate. l. si pignore. ff. de furtis. imo & damnatus hac ratione, & vsu hac causa, efficitur in famis, l. qui depositum. Cod. de deposit. Panormit. per textu. ibi in cap. de deposit. scribit etenim Valerius Maximus libro 8. capitul. 2. quendam furti damnatum fuisse, quod equo, cuius vsus vsque Atriam commodatus fuerat, vltiore eius cliuo vectus esset. Idem Iurisconsultus respondit in l. si vt certo. §. sed interdum. ver. quinimo ff. commodati. Quinimo & qui aliter re commodata vtatur, non solū commodati, verum furti quoque tenetur. his accedit Regia. l. 20. in 13. part. 3. quæ vt creditor pignore vti possit, exigit, quod ex eo vsu res deterior minime efficiatur, & cōsensum debitoris, tradit & Carell. Cotta. dictione, Furtum. idem probatur in leg. 1. §. si rem. in 2. ff. de deposit. & l. 3. Cod. eodem titulo. quas decisiones late

expedit Carolus Molinensis de contract. q. 53. Hac vero iudicia, quibus quis damnatus fuerit furti, eo quod commodatum in mentum aliorum duxerit, quam quo utendum acceperat, vel rem depositam, aut commodatam vendiderit, cave vius fuerit ad aliud, quam acceperit, veluti feuera, & nimis graua, retulit Valerius Maximus *dist. capit. 2.* & post eam Aulus Gellius *libro 7. nocturn. Atticarum capitul. 15.* Quamobrem Ioann. Faber. in l. 1. Cod. de pignor. actio. cenlet hac in controuersia, actionem furti minime locum obtinere, si commodatarius, aut creditor, aut depositarius utatur re commodata, pignore, vel deposito eo vsu, cui proprie res ipsa destinatur, & ad quem dominus ipse his rebus vti solebat, hoc potissimum deducit a praesumpta voluntate domini, nam vt Fabri sententiam explicemus, ego arbitror, quod si creditor utatur re pignori data, eo quidem vsu, quo vti solebat dominus ipse, nec res ipsa effecta fuerit deterior ex eo vsu, minime teneri ea ratione creditorem, nec furti, nec alia actione. At si ex hoc vsu facta sit res deterior, sitque vtilitas ipsi rei conueniens, nempe cum ipsa ad illum ex propria natura destinata fuerit, vel communi, ac frequentiori vsu ipsius domini consuetudine, tunc creditor, aut depositarius tenebitur ad illud detrimentum actione quidem ex contractu, non ex delicto, praefumitur etenim ex his causis tenentia Fabri opinione, dominum permitturum & id non fuisse factum eo inuito, quod sensu glo. in *dist. §. sed interdum.* sensu dicit. Regia lex. 20. in principio. verum si ex vsu ipsius rei, & attentis aliis circumstantiis colligamus creditorem, commodatarium, aut depositarium vsu fuisse re deposita, commodata, vel pignore inuito domino scilicet, eo non permitturo locus erit actioni furti iuxta eas Iurisconsultorum decisiones, quas paulo ante adduximus. Et tamen adhuc in hac specie censeo. iudicem omnino debere iudicari, & eius severitatem, ac rigorem temperare, ita quidem, vt absque lesione, & damno ipsius domini poenam huius criminis benignitate quadam molliat, mitemque efficit, cum & si furtum hic commissum esse constet, id tamen non omnino inhoneustum est, nec computari debet inter ea furtiva quae legibus, & Republicae institutis praua, & perniciosa censentur, & ideo molli quadam poena furtum hoc puniendum est, quod sensu Phil. Corne. *consilio 274. libro 3. versicul. & postquam.* Sic sane vel ipsa iudicis sententia ex hac causa damnatus erit ab infamia liberandus, aut saltem & si hoc a iudice commissum fuerit, eius sententia erit in eum modum accipienda, vt minime iudicetur infamis, qui per eam, furti hac ratione condemnatus fuerit, eodem pacto iudicis recti arbitrio relinquendum erit, sitne locus in hac specie septuaginta poena, quae in his regnis plerumque inducitur furibus. Et tamen inspectis circumstantiis personarum, rerum, loci, & temporis a septuplo iudex abstinebit, cum de hoc iudicio tractauerit.

CAPVT XVI.

Possessio beneficii ecclesiastici, quoniam pacto iure adquiri possit.

SUMMARI.

1. Collatio canonica absque corporali possessione, ius perfectum tribuit post acceptationem, & inibi intellect. c. si tibi absent. de praebend. in 6.
2. Collatio beneficii potest fieri ea conditione, si vacat.
3. Acceptatio illius, cui collatum est beneficium omnino necessaria est, ut illi adquiratur.
4. Acceptatio non potest fieri per procuratorem absque speciali mandato, & quid de laico, & excommunicato.
5. Acceptatio facta ab eo, qui mandatum non habuit, rata haberi potest, modo tibi habito fiat intra tempus datum ad acceptandum.
6. Canoniam collationem habens potest administrare propria auctoritate ante apprehensionem possessionis.
7. An possit quis propria auctoritate capere possessionem beneficii, & intellectus h. quae in laicum, & l. ult. C. unde vi.
8. Traditio possessionis corporalis beneficii, ad quem pertinet.
9. Possessio beneficii apprehendi potest per procuratorem habentem mandatum generale.
10. Possessio beneficii qualiter adquiratur, & an per inuestituram tradatur item an possit in conspectu beneficii apprehendi & numero sequenti.
11. Inuestit. l. clausibus ff. de contrahen. empt.
12. Traditio instrumenti, an inducat acquisitionem possessionis, & inibi intellectus l. C. de donato. l. item Partitarum, & Taurine constitutionis.
13. Possessio beneficii apprehensa in ipsa ecclesia, a qua titulum & nomen beneficium habet transfert etiam possessionem omnium rerum ad beneficium pertinentium.

**B**eneficiorum ecclesiasticorum vera adquisitio bifariam consideratur, primum etenim quo ad ipsius tituli ius deinde quantum ad possessionem propriam acquisitionem: siquidem constat, posse quem in beneficiis ius & titulum habere qui tamen eius possessionem adhuc minime nactus fuerit, quippe qui eam nondum apprehenderit. Quantum ad primam partem attinet, receptissimum est, sola canonica collatione absque traditione possessionis, eiusque apprehensione, ius in ecclesiastico beneficio adquiri, ipsamque collationem ius in re tribuere. text. opt. in ca. vlt. & ibi Anchar. Dom. & Franc. de concess. praeb. lib. 6. gl. Communiter approbata in ca. penult. in verbo, collatio de praeb. in 6. Dynus in regul. 1. num. 8. & reg. qui prior. de regulis iuris. l. alon in l. quores colum. 3. C. de rei vendic. requiritur tamen acceptatio illius qui collationem sibi canonice factam habet. textus est in cap. si tibi absent. de praebend. in 6. a quo satis expressim colligitur, solam collationem beneficii absque possessionis apprehensione, ius in re & perfectum tribuere, postquam ille, cui collatum fuerit beneficium, eam ratam habuerit. etenim ex hoc proprium ipsius dicitur beneficium. Addit praeterea summus Pontifex, etiam ante acceptationem istam, eum qui beneficium contulerit absentem vel praesentem, minime posse eam collationem renouare nec beneficium hoc alteri conferre, quod speciali quadam ratione procedit, nam et si is qui absentem causa donationis mittit rem aliquam, possit penitere ante absentis acceptationem l. 2. §. sed & si quis donaturus, & l. absent. ff. de donatio. id verum est in libera donatione, & quia donator minime tenetur donare, non sicut erit in eo, qui ratione officij conferre beneficia tenetur, etenim semel facta collatione, functus est officio suo l. index. ff. de re iudic. Quamobrem etiam ante acceptationem penitere non poterit, secundum Pannonitanum in cap. accedens. col. 1. de praeb. eundem in cap. publicato. col. 3. de elect. & consil. in libro 3. Bart. Paul. & Imol. in dict. l. absent. qui hanc differentiam constituunt inter donationem, & beneficiorum ecclesiasticorum collationem, quae in conferendo ad liberalitatem non pertinet, licet possit videri collatio ista, donatio quadam impropria respectu illius, cui fit, cum ei non teneatur praecise praelatus beneficium concedere, iuxta gloss. & ibi Doct. in cap. relator. de praeb. gloss. in §. ex hinc. 2. qu. 6. Abb. in cap. ius. 4. de praeb. Dec. in ca. cum accessissent. col. 1. de consil. Abb. in cap. vlt. de donationibus. Francis. de Ripa. in l. vi. qu. 48. de reuoc. donat. Imo hoc ipsum obtinet, siue praesenti fiat collatio, siue absentem tex. in dict. cap. si tibi absent. siue fiat ignorantem, quod probatur in ca. gratia de rescrip. in 6. adeo quidem, quod si executor apostolicus conferat beneficium alicui ea conditione expressa, si vacat, collatio tenet, ex eaque adquiritur beneficium, modo id vere vacauerit tempore collationis, quamuis uterque, conferens, & is cui collatum fuerit, ignorauerit ipsam vacationem secundum Ioannem And. Ioan. Monach. & Probum post alios in dict. cap. si tibi absent. Bald. in l. 3. col. vlt. Cod. de sent. qua sine cert. quant. profertur. nec quicquam impedit ipsam collationem conditio illa si vacat, siquidem quamuis ab inferioribus electio fieri non possit sub ea conditione, si vacat, gloss. in cap. 2. de electionibus. in 6. versicul. incerta. collatio tamen valet ita facta, & fieri potest. Domin. in dict. cap. Lapus allegat. 6. Felin. in ca. cum contingat. col. penult. de officio deleg. Ioan. a Selua de beneficio 3. par. qu. 20. Ludouic. Gomez. in reg. de verisimili noxia obitus. qu. 1. in princ. etiam si Deci. in l. actus. colum. v. rim. ff. de regu. iur. hanc differentiam improbet, existimans collationem istam hac conditione factam nullam esse, cum inducat incertitudinem quandam. Nam in electione loquitur text. in dict. ca. 2. qui certitudinem in electionibus requirit, quem commendat Felin. cum ex officio col. penult. de preser. atque ita Ludouic. Gomez. in dict. neg. testatur, hanc distinctionem & differentiam communi omnium consensu receptam esse. Ipse vero Romanus Pontifex dubio procul potest beneficiorum collationibus conditionalibus vti gloss. in cap. si gratiose. de rescript. in 6. quam dixit singul. Felin. in cap. vlt. col. 3. de iudic. notat Abb. in ca. si constituerit. nu. 2. de accusationibus. explicat Marti. Azpilcueta vir doctissimus in cap. si quando de rescript. col. 3. & 4. & hoc quidem etiam quo ad propriam, & veram conditionem apertissimi iuris est, illa etenim conditio, si vacat, vera conditio non est, cum actum minime suspendat institutio talis, ff. de condit. institut. itaque ff. si cert. pet. Doct. praesertim Socin. Iaf. & Deci. laum ad praesens. ff. eod. gloss. sing. in l. si sic. §. 1. ff. de leg. 1.

Est igitur acceptatio necessaria, vt sola canonica collatione